Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39944
Copyright: Melk, Benediktinerstift



sensu quia de rigore vocis omnes ille sunt sententia sicut dicunt doctores et veritas est quia ratio superior et inferior non distinguunt ut dicunt posteriores sed solum sunt duas officia. Ita dico quod affectione correspondent eis sic voci superiori et inferiori cum ipsis vocibus superiori et inferiori sunt permutatae idem et mutatae. Et adhuc unum restat quod hugo de palma dicit esse quandam affectiuam quia dicit esse sup omnem cognitiuam. aut forte aliqui sibi hoc imponunt. Ego dico quod quicunque ponit vnam affectiuam tanta sibi correspondet vna cognitiua. et siquis non vult eam appellare cognitiuam a intellectiuam appellet saltem eam supcognitiuam a supintellectiuam. Conclusio igitur quod in hymnis quae sunt et creata sunt ac creabunt intellectiuo intrinseco et essentiale est esse affectiuum seu volitiuum. et eo volitiuo seu affectiuo intrinseco et essentiale est esse cognitiuum. licet enim quidam actus affectiones quaeque sint meliores quibusdam actibus cognitiuis et eo quidam actus cognitiui sint meliores quibusdam actibus affectiuis. hoc non variat ea quae dicta sunt. Vnde diffinendo homines possunt dici homo est animal rationale volitiuum seu affectiuum quia tunc ipsi rationali essentiale est esse affectiuum ideo sufficit dicere homo animal rationale. et non oportet dicere in hymnis quae sunt, creata sunt aut quae creabunt. quia de absoluta dei potentia